



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Salvius Episc. 10. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

gere è lectulis ægros, è vinculis captivos jussie
Nos duo tautum scribemus, quorum pueri unum,
alterum bis pueri senes legant. Episcopus jam
Morinensis adolescenti interdixerat, ne cymba in
aquis luderet. Risit ille, & lusit. Sed inobsequen-
tem venti fluctusque in altum, inde è Gallia in Si-
xioniam usque ejecerunt, & ut contra immo-
gerum conjurasse cum aquis terram agnoscere,
Latrones in littore venientem præstolabantur. Quid
ageret sine velis, sine remis puer nauta? Nempe
mi preces, vela divi apud DEVVM AVDOMARI mentis
fuerunt. His ille in patrium portum invectus, nau-
ium Navarcho suo obsequium dehinc persolvit.
Hic cum amissos senio oculos ad D. Vedasti tumu-
lum recepisset, mox facti poenitens cum non vide-
ret, an ex re animi esset videre, precatus est DEVVM,
iterum eriperet, si noceret, lumen. Eripuit, & in ca-
ium abituro duces Angelos misit. Ibi ille cœcus
nunc DEVVM videt. Ex Surio.

Indue te, quælo, ueste innocentie, orna te quælo
veste polymita varietate virtutum, & qui te si-
dei annulo subarravit, in te odorare letetur ar-
mat a gratiarum. S.Bern.de char.cap.31.

S. SALVIUS EPISC. IO. Septembri.

MErito hodie plaudimus SALVIO, qui belle
omnes personas egit in eadem vita fabulus
Iudex, Monachus, Abbas, Episcopus. Et ne even-
tus sive Comicos, sive Tragicos desideres, bis vi-
vus, bis mortuus. Unicam scenam specta. Con-
cluserat, cum Abbatem exuisset, angusta cella sic.
Sed natus cælo animus libertatem morte que-
vit reperiturque. Iam extulerant mortuum, jam
rumulo inferebant, cum è ferali capulo se tollens

simul v
Heu!
sum in
que vi
mori i
Natra
fe intre
ambro
quod c
ad viri
gastulu
pauper
præbur
quand
qui gen
stulit. C
viveba
compo
quam i
Turon
Hu
uniqu
glorian
tias ha
uum pe
S. I
Ep
tre
etiam,
fontanâ
legium
simul

10. Sept. VITÆ S A N C T O R V M 443
simul vivere iterum , simul vitæ illacrymari cœpit.
Heu! eheu! ubi? hominum & Cælitum fidem ubi
sum: imò eheu! ubi fui? unde, ah! excidi? felix mors,
quæ vivere me feceras? infelix nimium vita , quæ
mori iterum me cogis! Iuvat , ô juvat iterum mori!
Narrat deinde à morte ad beatas delicias abductu
le inter Angelorum & Divorum comitatum , jam
ambrosiam gustasse , iam nectar illud libasse ; sed
quod opera eius porrò terris necessaria diceretur,
ad vitam iterum damnatum esse. Et nimirū ex er
gastulo suo ad Pontificatum Albigensem extractus
pauperibus patrem , captivis vindicem se libertatis
præbuit. Vaticiniis insuper clarus, Regiis ædibus
quandoque nudum gladium imminere conspexit,
qui geminos Regios filios intra vicesimum diem su
stulit. Quod tamen mortuum se crederet, quandiu
vivebat, sui funeris ipse vates & vespillo tumulo se
composuit, & bis victor cælo subiit, viæ utique,
quam nuper iverat, minimè iam ignarus. Ex Greg.
Turon.

Hunc sequamur, huic militibus, cui conjunctus
nunquam disjungitur miles, qui militantibus sibi
gloriam viæ eterna, honorem regni caelestis & divi
tias hereditatis sue. & divina cognitionis confor
tum perenne largitur. S. Paul. in Epist. 36.

S. NICOLAVS TOLENTIN. CONF.

10. Septembri.

S Eptennis NICOLAVS solenne deinceps habuit
tres in hebdomade dies , interque eos illum
etiam, quem VIRGINI dicamus, pane cibario &
fontanâ visitare. In Canonicorum deinde Col
legium ascitus, cum illa pro concione D. Ioannis
audirec